

Liber

Joh-7 quippe dixerat. **A**ha doctrina non est mea: sed est
Joh-16 quae me misit. De spiritu autem sancto. Non enim loquetur a
semetipso: sed quaecumque audierit loquetur: quia de meo acci-
piet et annuntiabit vobis. Sed quia reddidit carnem
Ibidem cur dixerit: de meo accipiet. **A**it enim. **S**icut enim
cumque haec praefata sunt: propterea dixi: quia de meo acci-
piet: restat ut intelligat etiam spiritus sanctus de pa-
tre hunc sicur et filium. **Q**uod: nisi firmum id quod supra
Joh-15 diximus. **L**icet autem venerit pacem quae ego mit-
tam vobis a patre: spiritus veritatis qui a patre procedit: ille
testimonium perhibebit de me. **P**rocedendo itaque
a patre dicitur: non loquitur a semetipso: et sic non ex eo fit ut
Joh-5 minor sit filius: quia dicitur. **N**on potest filius a se facere
quicquam nisi quod viderit patrem facientem. **N**on enim habet
formam sui dicitur: sed ex forma dei: sic iam ostendimus.
Iste autem verba non indicant quod minor sit: sed quod praefatus
sit: ita non hinc efficitur ut minor sit spiritus sanctus: quia
Joh-16 dictum est de illo: **N**on enim loquetur a semetipso sed quae-
cumque audierit: loquetur. **S**ecundum hunc dictum est: quod
de patre procedit. **L**icet vero et filius de patre sit: et spiritus sanctus
factus a patre procedat: cur non ambo filij dicantur
nec ambo geniti: sed ille verus filius unigenitus: hic
autem spiritus sanctus: nec filius: nec genitus: quia si geni-
tus utique filius: alio loco si deus donauerit: et
quantum donauerit differemus.

De clarificatione qua et pater filium: et filius
patrem clarificat. **Ca. VIII**

Erit autem bene euigilet: si patet: quod etiam si
vbi suffragari putauerit: quasi ad demon-
strandum praefatum filio maiorem: quia dicitur filius
Joh-17 **P**ater clarifica me: et ecce spiritus sanctus clarificauit
eum. **H**unc quidem nam et ipse maior est illo: **P**orro autem si
propterea spiritus sanctus clarificat filium: quia de filij acci-
piet: id est et ei accipiet: quia omnia quae haec praefata sunt
Joh-16 manifestum est: quia cum spiritus sanctus glorificat filium: pater
glorificat filium. **U**bi cognoscitur quod omnia quae haec praefata sunt: non
tamen filij: sed etiam spiritus sancti sunt: quia potest esse spiritus sanctus
glorificare filium: quem glorificat pater. **S**ed si ille qui glori-
ficat: eo quem glorificat maior est: sinat ut equeles sint
quod se inuicem glorificant. **S**criptum est autem quod et filius glo-
Joh-17 rificet patrem. **E**go te inquit glorificavi super terram.
Sane caueant ne putent spiritus sanctus maior: am-
bobo: quia glorificat filium quem glorificat pater: ipsum autem
nec a patre nec a filio scriptum est glorificari.

Quod intelligenda sit missio: siue filij: siue
spiritus sancti. **Capitulum V**

Ed in his rebus: ad illud se conuertit
ut dicat: maior est qui mittit: quam qui mittitur.
Proinde maior est pater filio: quia filius a pa-
tre se missum assidue commemorat. **M**aior est et
spiritus sancto: quia de illo dicit iesus: **Q**uem mittet
Joh-14 pater in nomine meo. **E**t spiritus sanctus utroque minor est:
quia et pater eum mittit sic commemorauimus. **E**t filius

cum dicit. **S**i autem abiero mittam eum ad vos. **Q**ua
in questione primus quae: unde et quomodo missus sit filius
Ergo a patre exire: et venire in hunc mundum. **Joh-16**
est mitti. **Q**uid igitur est quod de illo idem ipse euange-
lista dicit: **I**n hoc mundo erat: et mundus per eum
factus est: et mundus eum non cognouit. **D**einde
coniungit. **I**n sua propria venit. **I**lluc utique mis-
sus est: quo venit. **A**t si in hunc mundum missus est:
quia exiit a patre et venit in hunc mundum: et in hunc mun-
do erat. **I**lluc ergo missus est ubi erat. **N**am et il-
lud quod scriptum est in prophetia dei dicere. **L**elium et
terra ego impleo. **S**i de filio dictum est: ipsum enim
nonnulli volunt intelligi: vel prophetis: vel in propheta-
tis locutum: quod missus est nisi illuc ubi erat. **U**bi-
que enim erat quod ait: **L**elium et terra ego impleo. **S**i
autem de patre dictum est: ubi esse potuit sine verbo suo:
et sine sapientia sua: quod praedicit a fine usque ad finem
fortiter: et disponit omnia suaviter. **S**ed neque sine
spiritu sancto usque esse potuit. **I**taque si ubique esse de-
us ubique est etiam spiritus eius. **I**lluc ergo spiritus sanctus mis-
sus est ubi erat. **N**am et ille qui non inuenit locum: quo
eat a facie dei et dicit: **S**i ascendero in celum tu-
ibi es: si descendero in infernum ades: ubique vo-
lens intelligi praesertim dei: spiritus non inuenit spiritum. **V**o-
sic ait. **Q**uo abibo a spiritu tuo: et quod a facie tua
fugiam. **Q**uocirca si et filius et spiritus sanctus illuc mit-
tus ubi erat: quodendum est quomodo intelligat ista mis-
sio: siue filij: siue spiritus sancti. **P**rius enim solus: nusquam le-
gitur missus. **E**t de filio quod de ita scribit apostolus. **L**icet
autem venit plenitudo temporis: misit deus filium suum:
factum ex muliere: factum sub lege: ut eos qui sub
lege erant redimeret. **A**psit inquit filium suum factum
ex muliere. **Q**uo nomine quis catholicus nesciat:
non est in puatione virginis: sed differenda se-
xus hebreo loquendi more significare voluisse
Licet itaque ait **A**psit deus filium suum factum ex mu-
liere: satis ostendit eorum missum filium quo factus
est ex matre. **Q**uod ergo deo natus est in hunc mundum erat.
Quod autem de maria natus est in hunc mundum missus
aduenit. **P**roinde mitti a patre sine spiritu sancto
non potuit: non solum quia intelligit pater cum eum misit
id est fecit ex femina: non utique sine spiritu sancto fecisse
Teruentia quae manifestissime atque aptissime in
euangelio dicitur virginis marie quod retinetur ab angelo:
quod fiet istud: spiritus sanctus superueniet in te et vir-
tus altissimi obumbrabit tibi. **E**t **A**thanasius
dicit. **I**nuenta est in utero huius de spiritu sancto. **Q**uod
et apud **E**saia prophetam ipse christus intelligit de ad-
uentu suo futuro dicere: **E**t nunc dominus misit me
et spiritus eius: fortasse aliquis cogit ut dicam etiam
a seipso missum esse filium quia ille marie conceptus et pro-
patrio trinitatis est: quod creante omnia creatum. **E**t
quod iam inquit: pater eum misit si ipse se misit: **L**icet pri-

Joh-16
Joh-1
Hiere-23
Ubi-3
Saf-3
Ps-138
Ibidem
Saf-4
Ubi-3
Luc-1
Ath-1
Esa-48